Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

temptor noster per electos suos agere nul
latenus cessat. cum quosdam ex bona ui
ta ad mores reprobos peruenisse considerat.
Plangunt enim eos qui nesciunt cur plan
gantur. qui iuxta salomonis uerba letan
tur cum male fecerint. et exultant in rebus
pessimis. Qui si dampnacionem suam
que eis imminet agnouissent. semet
ipsos cum lacrimis plangerent. Tu autem.
Breue autem perituri anime sententia
que subditur conuenit. Et quidem in hac die
tua que ad pacem tibi. nunc autem abscon
dita sunt ab oculis tuis. Tu. Capitulum.
Fratres. Notum uobis facio quod ne
mo in spiritu dei loquens dicit ana
thema ihesu. et nemo potest dicere dominus
ihesus nisi in spiritu sancto. Deo. Capitulum.
Diuisiones uero graciarum sunt. idem
autem spiritus. et diuisiones ministracionum s